

Celeres, um. subs. m. pl. ETYM celer. DLAT tribunus Celerum. [FREQ minima 2 ^{indicia} 0,13 ^{/d.c.m.}] ¶ **a** Romuli equites protectores numero ccc • los Céleres, 300 jinetes que formaron la guardia de corps de Rómulo • the Celeres, 300 horsemen who formed Romulus's body guard [HYPER manus militaris] 29-9 LIV 1.15.8. Romulus trecentos ... armatos ad custodiam corporis, quos Celeres appellauit, non in bello solum sed etiam in pace habuit. 29-19 VERG Aen 11.603. celeres ... Latini. 79 PLIN Nat 33.35. equites celeres sub Romulo regibusque sunt appellati.

de etymologia ambigitur, quia a Celere, Remi interfectore et ob hoc primum hoc munus a Romulo obtinente, nomen a quibusdam trahitur • sobre su etimología se duda, pues unos piensan que el nombre procedía de Céler, que asesinó a Remo y por ello el primero que ostentó este cargo por encargo de Rómulo 📖 SERV Aen 11.603. quos celeres appellauit uel a celeritate, uel a duce Celere, qui dicitur Remum occidisse, in cuius gratiae uicem a Romulo fieri tribunus equitum meruit. Ov Fast 4.837.

(⁷⁹SERV Aen 8.646.) ab aliis a celeritate equitis, qui etiam celes nominabatur, etymologia trahitur, quod est ueri similis quia in origine Celeres adi. esse potuit • otros traen su etimología de la rapidez del caballo, que también era llamado celes, y es más verosímil porque en su origen Celeres pudo ser adj. 📖 SERV Aen 11.603. alii hos celeres ideo appellatos dicunt, quod explorationes obirent et quae usus exigeret uelocius facerent. alii a Graeco dictum putant quod est κέλῃς.

b tribunus Celerum. his Celeribus sub regibus praeerat, quod nomen regibus expulsis in tribunus equitum immutatus fuit; eorum unus fuit L. Iunius Brutus, qui Tarquinium Superbum interfecit • al mando de ellos estaba en tiempos de los reyes el tribunus celerum, nombre que fue cambiado con el paso a la república por el de tribunus equitum; uno de ellos fue L. Junio Bruto, el asesino de Tarquinio el Soberbio [HYPER tribunus SIM tribunus equitum] 29-9 LIV 1.59.7. praeco ad tribunum celerum, in quo tum magistratu forte Brutus erat, populum aduocauit. 📖 SERV Aen 8.646. Brutus qui tribunus equitum celerum fuerat. DIG 1.2.2.14. initio ciuitatis huius constat reges omnem potestatem habuisse. isdem temporibus et tribunum celerum fuisse constat: is autem erat qui equitibus praeerat et ueluti secundum locum a regibus obtinebat: quo in numero fuit Iunius Brutus, qui auctor fuit regis eiciendi. 1.2.2.19. dictatoribus magistris equitum iniungebantur sic, quo modo regibus tribuni celerum.